





~~D. X. 92.~~

U. 68 (4.)

~~H. F. u. 68.~~

Emb. 11. 2. 6

Table des Ouvrages contenus dans ce Volume C.

1. Bazon. (J. A.) Eloge historique de l'université de Paris, latin, français, et avec des remarques
discours prononcé aux écoles de médecine le 11 8bre 1770.
2. Guerin. (F. M.) Mandatum ob recens natum Sereniss. Burgundiae Ducem.
3. Le Bel. (M. F.) Mandatum rectoris
4. Mandatum rectoris
5. Le Bel. (M. F.) Mandatum rectoris
6. id Mandatum rectoris
7. Hamelin. (P.) Mandatum rectoris.
8. id Mandatum rectoris
9. id Mandatum rectoris
10. Jacquin. (S.) Mandatum rectoris
11. id Mandatum rectoris
12. id Mandatum rectoris
13. Cogey. (F. M.) Mandatum rectoris ob dilatam Scholarum instaurationem.
14. Guerin. (F. M.) Mandatum rectoris
15. id Mandatum rectoris
16. id Mandatum rectoris
17. id Mandatum rectoris pro consecratione regis
18. Doujad. (Joan.) Panegyricus Ludovici magni obres hoc anno regni XLI praeclare gestas.
19. Broucher. (P.) Panegyricus Augustiss. Delphino dictus Lutetiae Parisiorum in collegio
Charomontano Ann. 1662.
20. Schoepflinius. (Jo. D.) Panegyricus Ludovico XY.
21. Crevier. (J. B. L.) Oratio in restitutam regis valetudinem habita in instauratione Scholarum
Collegii Dormano-Bellovacii. 1744.
22. Le Roy. (Chr.) Divi caroli magni, regis Francorum et Occidentalium imperatoris laudatio

23. Geoffroy (J. B.) De amore Patriae oratio.

24. Petit (Ludov.) Oratio de iis quae ad eloquentiam, tum sacri, tum profani codices
conferunt, praesidiis habitae =

25. Hauvilliers (J.) Ludovico victori moderato oratio.

26. Manque

27. Geoffroy (J. B.) Ex bello quod anno proxime elapso gestum est, gerendi hoc anno belli
quale omen repeti possit Oratio.

28. De Palmeus Pœ Estampe iconologique en forme de Médaille, dont le type représente le
es fils Des intéressement dessinée et gravée par J. J. Pasquier avec la
description de cette estampe.

29. Leroy (Chr.) Quantum litteris debeat virtus oratio.

29^{bis} id Quo potissimum in instituendis pueris sublevari possit magistrorum
labor. Oratio.

30. Geoffroy (J. B.) Augustis parentibus Delphino et Delphinae gratulatio.

31 Manque

32. Kaltor (Ant.) Oratio habita in instauratione Scholae collegii Dormano. Bellouaci.

33. Geoffroy (J. B.) Quo loco inter cives vir litteratus habendus sit oratio.

34. Le Beau (J. L.) De pace oratio gratulatoria.

35. Kaltor (Ant.) Oratio funebris Mariae Polonorum regis filiae, Gallorum reginae.

36. Xaupi (Joseph.) Discours latin prononcé par = officii auct à la procession du recteur de
l'université, dans l'Eglise de l'abbaye royale de St Antoine avec la
traduction

37. Jacquin (Et.) Discours prononcé le jour de la procession de l'Université, à l'occasion
de la Profession de Madame Louise Marie de France (latin français)

38. Xaupi (Jos.) Compliment fait par = au nom de la compagnie à M^r de La Roche-
aymond au sujet de sa nomination à la chaire des bénéfices 1771.

38^{bis} Guerin (P. N.) Mandatum rectoris. Praemium eloquentiae latinae

- 39 Mauduit (F) *Utrum Vulgo plebeciorum Liberos humanioribus litteris excoli oporteat Oratio.*
- 40 Nauvilliers (J.F) *Ludovico XV regi Galliarum dilectissimo Laudatio funebris*
- 41 *Ad Supremum Senatum gratulatio post reditum habita universitatis nomine*
42. Walter (Ant) *Oratio habita in instauratione Scholarum collegii Dormano-Pellovaci*



UNIVERSITÉS DE PARIS
BIBLIOTHÈQUE DE LA SORBONNE

13, RUE DE LA SORBONNE - 75257 PARIS CEDEX 05
TEL : 01 40 46 30 27 - FAX : 01 40 46 30 44

Inv.

SIGB

Sib11

SU

Cote

U 68 in-4

1153802502









MANDATUM RECTORIS.

OB RECENS NATUM SERENISSIMUM
BURGUNDIÆ DUCEM.



OS FRANCISCUS-NICOLAUS
GUERIN, RECTOR Universi Studii
Parisiensis, Omnibus & singulis ejusdem
Universitatis Doctoribus, Magistris, Clie-
tibus & Administris, SALUTEM.

QUOD unum post tot victorias & triumphos, post Pa-
cem terrâ marique constitutam, Regni fortunæ ac securi-
tati defuit, id tandem nobis indulgit *ex alto*, qui *format*
hominis nativitatem Deus omnipotens. Natus est SERENIS-
SIMO DELPHINO Filius, neque minoribus, quàm ipse
olim Pater, votis expetitus, neque post breviores tempo-
ris moras impetratus. In illius ortum arrectæ trepidabant
Aula, Civitates, Provinciæ; exoritur Augustus Infans, &
omnium spes & gaudia nascendo cumulat, qui totius Imperii
desideria tam acri expectatione suspenderat. Nam quod
pectus verè Gallicum non exultet faustissimo eventu, qui



Regiam Familiam lætitiâ perfundit, cum is sit nostræ Gentis, præter cæteras, animus, ut suorum prosperitate Principum magis, quàm suâ, moveatur? Licebat quidem antea felicem dicere LUDOVICUM, cui, ex quo regnare cæpit, nullus effluxit annus, nullus dies, non aliquo singulari divinæ benignitatis pignore consignatus. Huic præstantissima Bello & Pace nomina communis Populorum admiratio detulerat. Restabat tamen, ut gloriosissimus Regum esset idem & beatissimus Parentum. Fruitur ille nunc suis votis nostrisque; fruitur eâ voluptate, quâ nulla humanissimæ ejus indoli accommodatior. In multiplicatâ sobole multiplicatas sui imagines circâ solium Pater & Avus intuetur. Dulce nobis quoque, charumque spectaculum! quippè eâ fiduciâ, quotquot nascantur è tali Sanguinis Auctore PRINCIPES, totidem gigni præsidia publicæ salutis.

SIC profectò sentit de suo DELPHINO universa Gallia, quæ crescentem per primos ætatis gradus animo secuta, sua nunc sibi auguria, suas spes confirmatas videt. Itaque effusis omnis Patria sensibus gratulatur juveni Principi, cui cum abundè suppeteret, undè amaretur, & quòd LUDOVICI Filius, & quòd Unicus, his Natalium titulis titulos etiam adjunxit virtutum maximarum, quas idoneis suo culmini artibus constanter excoluit. Hinc illæ acclamationes, festique plausus, quos ille exceptos eodem, per quem meretur, affectu, lætus gestiensque refert Augustæ Conjugi, suis deliciis; undè agnoscat tenera felixque Mater, quibus Populis pretiosum Puellulum ediderit, quantòque suo illo tam amabili munere facta sit nobis ipsa pretiosior.

IN hac porrò tam justâ communique lætandi causâ, nefas sit Illum oblivisci, per quem nobis datum est, ut

lætetur. Quamobrem jubemus in singulis Collegiis intra primam ab hujus Mandati promulgatione hebdomadam, cantetur Hymnus Eucharisticus **TE DEUM**. Simul Magistros Discipulosque nostros hortamur, ut piam Regis in Christi membra liberalitatem, quantum fas est, imitati, è suis quisque opibus aliquid effundant in sinum Pauperum : Pauperum Preces, quæ apud Deum potentissimæ sunt, Regio Infanti concilient, ut olim, cùm adoleverit, se in Pauperum maximè gratiam conservatum meminerit.

Prætereà, quoniam æquum est nostræ Juventuti suæ lætitiæ, quæ bonos cives prænuntiat, aliquod quasi præmium rependi, quo hæc ætas afficiatur, volumus, dilatis ad diem à Nobis indicendum Ordinariis Supplicationibus Universitatis, & præclaræ Facultatis Artium Comitiis, Ferias Academicas ad diem Lunæ Octobris undecimum prorogari; quo die, pro more, Sacrum Spiritui Sancto celebrabitur, & solitæ instaurandis Scholis Conciones habebuntur.

DATUM in Ædibus nostris SORBONÆ - PLESSÆIS, die Veneris vigesimâ - quartâ mensis Septembris, anno Domini millesimo septingentesimo quinquagesimo-primo.



Ex Typographiâ THIBOUST, REGIS, nec-non Academiæ
Parisiensis Typographi, in Plateâ Cameracensi, 1751.

